



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 161. Hugonottarum in Galliis motus, & comitia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. tem patienter admittant temere præsumptu-
A. C. 1605. novitatem, qua primum contra Lucam Evan-
 gelistam, afferentem Jesum Christum bap-
 minum nostrum baptizatum, cum esset usque
 annorum triginta, affirmetur idem bap-
 tus anno ejus aetatis trigesimo secundo
 choato, Crucis vero affixus, cum am-
 jam ageret suæ aetatis trigesimum sextum.
 Par erat, dignumque, probatum, eruditum
 que Sacerdotem horum auctorem non in-
 cumferri omni vento doctrinæ, sed inflexi
 in his omnibus Sanctorum Patrum regno,
 & quam reperisset concursu omnium quo-
 haltenus tritam viam, eandem reddere (ut
 cunque liceret) succisis sentibus cultum.
 Quod si, ut sua firmaret, quæque ador-
 fanta uti mendosæ redarguens, pro arbitrio
 emendavit: & textum inter legendum de-
 rans vitiatum sœpe correxit, ut quod con-
 retur astrueret: quanto licentius pro tota
 totius Christiani orbis sententia, & con-
 firmando jam vulgata, ab omnibus re-
 cepta de Christi annis assertione id facere
 licuisset? quæ enim consuetudine universali
 Ecclesiæ roborata sunt, haud conuicenda
 esse, docet S. Augustinus ad Januarium.

§. CLXI.

Hugonottarum motus in Galliis.
Hist. du Pro-
gres du Cat-
vinif. t. 8. **S**ub idem tempus Hugonotæ in Fran-
 cia pro augenda sua secta novos fa-
 scitæ.

scitabant motus; postquam enim ex Sæc. XVII.
Henrici IV. Regis indulgentia Vapicen- A. C. 1605.
se Conciliabulum, ante biennium Præ-
side Daniele Sejamjero celebraverant,
Regia concessione abutentes eodem tem-
pore ad hunc annum *comitia*, ut voca-
bant, *generalia* Rupellæ celebranda in-
dicebant: Hanc in rem igitur Henri-
cum Regem supplices adeunt, subdole
exponentes, quod ejusmodi *comitia*
Rupellæ celebrare intenderent, eo dun-
taxat fine, ut ibidem novos eligerent
Deputatos, qui aliis ante annos selectis
subrogarentur, & tam profana quam
Sacra Religionis suæ negotia in Regis
aula procurarent: Enimvero Rex per-
cepto hujus conventus loco clandestina
eorum consilia subodorabatur, nihilo-
minus, ne intempestiva repulsa horum
animos exacerbaret, petitam eis facul-
tatem impertitus est, præscriptis tamen
hisce legibus. I. Ut hæc *comitia* non
Rupellæ, sed ad Castrum Heraldi ha-
berentur, eaque nomine illius conven-
tus, quem nuper in Vapicensi Concilio
hoc anno celebrandum indixissent, in-
telligerentur. II. Quidam primæ No-
bilitatis Vir ex eorum secta nomine Re-
gis interesset, quo duntaxat præsente
omnia in hisce comitiis proponenda per-
tractarentur. III. Quælibet Provincia
nonnisi duos ad hunc Conventum ab-

Ss 4 legaret.

Calmet hist.
Eccl. l. 151.
Daniel hist.
de France
Tom. 10.
Vid. supra
Lib. 186.
§. 61.

Sæc. XVII. legaret. IV. Ibidem non alia de n.
A.C. 1605. quam de electione Deputatorum agen-
 tur. Obsistebant equidem his condi-
 tionibus Hugonottæ, irrito tamen pu-
 fus conatu; quippe Rex, ut suam
 cultatem hisce conditionibus restri-
 ret, vehementissimis urgebatur ratio-
 nibus; recens enim recordatio Henrici
 animo obversabatur de perniciiosis co-
 filiis Vapinci procusis, ubi non modo
 Sabaudiæ Ducis patrocinium pro Wal-
 densibus, qui Pedemontanas valles in-
 colebant, datis nomine Synodi sue
 literis implorabant, sed etiam subianii-
 sectam suam cum Lutherana unienti ob-
 tentu cum Palatino Electore, Bullio-
 nio Duce, aliisque arcanam negoti-
 tionem agitabant.

§. CLXII.

*Rosnius Marescallus nomine Regis
 his comitiis præsens.*

Intererat Regis nomine hisce comitiis
 Rosnius Franciæ Marescallus, qui
 Mense Julio ad Castrum - Heraldi deli-
 tus idoneis ad hoc negotium manda-
 tis a Rege instruebatur, inter quæ haec
 erant præcipua. I. Si forte Hugonot-
 tæ Regem in Protectorem feligere me-
 ditarentur, ipse acri reprehensione eis
 proponeret, quod Henricus ejusmodi
 propo-